Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Principes persecuti sunt me gratis:
et a verbis tuis formidauit cor
meum. Letabor ego super eloquia tua:
sicut qui inuenit spolia multa. Iniq-
tatem odio habui et abhominatus sum: legem
autem dilexi. Septies in die laudem dixi
tibi: super iudicia iustitiae tuae. Pax mul-
ta diligentibus legem tuam: et non est illis scan-
dalum. Exspectabam salutare tuum domine: et
mandata tua dilexi. Custodiuit anima
mea testimonia tua: et dilexit ea vehe-
menter. Seruaui mandata tua et tes-
timonia tua: quia omnes viae meae in conspe-
ctu tuo. Appropinquet deprecatio mea
in conspectu tuo domine: iuxta eloquium tuum
da mihi intellectum. Intret postulatio mea
in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe
me. Eructabunt labia mea hymnum
cum docueris me iustificationes tuas. Pro-
nunciabit lingua mea eloquium tuum:
quia omnia mandata tua equitas. Fiat
manus tua vt saluet me: quoniam mandata
tua elegi. Concupiui salutare tuum do-
et lex tua meditatio mea est. Viuet anima